

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus y  
cum fonte primo

Vnus michi pro populo est et populus  
pro uno.

Satis est michi unus,  
satis est nullus.

Magnum alter alteri theatrum sumus.

Seneca VII. epistola.

Democritus ait,  
'unus mihi pro populo est, et populus  
pro uno'.

Bene et ille, quisquis fuit (ambigitur  
enim de auctore), cum quaereretur ab  
illo quo tanta diligentia artis spectaret ad  
paucissimos perventurae, 'satis sunt'  
inquit

'mihi pauci, satis est unus,  
satis est nullus'.

Egregie hoc tertium Epicurus, cum uni  
ex consortibus studiorum suorum  
scriberet: 'haec' inquit 'ego non multis,  
sed tibi; satis enim

magnum alter alteri theatrum sumus'.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 7, 10-11 (L. Reynolds  
ed., vol. 1, p.14, ll.2-9).